



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXII. An ideò votum Castitatis sit ingratum Deo, quia affirmatur obseruatu  
neceßarium?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

promissio non erat votum ad colendum Deum; sed administrandum expeditius in templo; verum ante etateui habilem.

III. PETRVS MARTYR; 6. Locum ambiguum posse variè explicari; ideo nū solide inde concludi.

1. Halentes damnationem, esse non peccatum peccati,

coram Deo; sed infamiam coram hominibus.

DICO AD I. Noua est ea expositio. Si non voverant; quid opus erat deficerre ad infideles, ut nuberent? Nam eis nubere licebat Christianis, 1. Corinth. 7. tantum in Domino.

AD II. Abire post Sathanam fit quouis peccato, non solum per apostasiam. Luxuriari contra Christum est licet ad Christi iniuriam; non, apostatare a Christo.

AD III. Nubere volendo irritam fidem fecerunt primam Voti, non Baptismi: quia nū illam Baptismo promittit, se non nupuram: sed post votum nubere volunt: unde damnatio. Aut post spiritales Voti facti delicias gustatas, nubere volunt.

AD IV. Dum loquitur de sexagenariis, non agit de admissione ad votum Continentiae; sed de electione ad praefaturam Diaconissæ; ut Tertull. & alii: Vel de admissionis ad Praebendam, qua alebantur in Ecclesia: ut Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, &c. volunt probatilius.

AD V. Patres dicunt, verè fuisse votum Deo factum: Athoc volunt Sectariorum posse rescindi: ergo magis Ecclesiarum: Cur igitur damnationem habebant?

AD VI. Non est ambiguus locus, ad quem conspirat Patronum consentus: Hic ambigua declarat.

AD VII. Infamia humana potest,

& solet esse cum peccato coram Deo, maximè in Luxuria post votum.

### QVÆSTIO LXI.

Quales sunt Lutherico-calvinistica DOCUMENTA contra Continentie Votum?

VTHERO-CALVINISTÆ aiunt: Votum Continentiae, Quæ dicitur esse de Consilio Euangelico; est nullum: Quæ fertur esse Meritorium; est impium: Quæ observatio necessarium, aut, est impossibile: Quæ perpetuum a ritu; est bernum: Quæ latitudinem putatur; est stultum: Quæ vile creditur; est fuscile: Quæ diuinum fugitur; est humum commentum: Quæ monasticum esse fertur; est antipolicum: Quæ Sanctum videtur; est antiquum: Quæ Christianum predicatum; est Antichristianum præbentiū nubere: Quæ Angliam; fertur; est Sathanicum: Quæ castum laudatur & virginum; est pollutum ac meretricium. Ita illi.

SVAVENT: QVIA I. Scriptura docent id esse melius, Deoque gratius, quod magis est voluntarium, liberum, minusque necessarium.

II. Quia Scripturae imperant matrimonium patientibus carnis stimulum.

III. Quia Scripturae docent, Continentiam esse donum Dei, quod non datur omnibus.

IV. Quia varia sunt Cœlibatus incommoda.

V. Quia Concilia, & S. Patres adversantur Voto continentiae.

AVTOR. Ut clari liqueant omnia; in questiones totidem vocentur singula.

### QVÆSTIO LXII.

An ideo Votum continentiae Deo sit ingratum, quia affirmatur observatio necessarium?

Ff LV.



**L**UTHERO-CALVINISTÆ omnes a-  
Liunt.

**S**VADENT istis. 1. Psal. 53. *Voluntarie sacrificabotibi,* 2. Quia, i. Cor. 7. *Non, ve laqueum vobis iniiciam, scribo. id est, ait Martyr, hortor vos ad Continentiam; non ad votum.* 3. Quia, i. Cor. 9. *Vnusquisque prout definavit in corde suo: non ex tristitia, aut necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.*

**A**UTOR. I. Vtraque, Libertas & Necessitas, triplex est. *Prima est Debiti ex præcepto seu Voto: qua liberè facimus, ad quod non tenemur; necessariò, ad quod tenemur. Hac Necessaria, non pugnat cum laude, meritoue operis, sed id auger: Libertas nō est ad laudem, meritumue necessaria. Secunda Voluntatis indeterminatæ ad ullum quodcunq.; Hac libertas arbitrii est necessaria ad opus bonum æque, ac malum. Inde enim meretur, aut demeretur. Tertia est Coactionis, quæ Absolutæ, qua quis facit, quod non vult: quæ conditionatæ, qua per se nollet facere, facit tamen coactus.* *Hac libertas ad laudem operis est necessaria; non tamen præcepto seu voto contraria. Nam tanta alacritate potest exequi opera hic Voti non præcepta, quamvis præcepta.* 1. Paralip vlt. *Latatus est populus cum Vota sponte promisteret: quia corde toto offerebant ea Domino.*

2. Deinde trifariam in soluendo Voto se quis habere potest, ait S. Thomas in Opus. 18. c. 12. 1. Alacrem, quia placet & Votum, & Res. 2. Inuitum, quia placet Votum, et si res displicet. 3. Contrarium Voto & Rei. Alacris mercetur plus cum Voto, quam liber ab eo. Itemque Inuitus plus; quam liber à Voto. Contrarius virisque, peccat simpliciter. Hincliquet Responsio ad prædicta.

**D**ICO AD I. *Voluntarie, sc. saluante, cessitate Voti aut præcepti.*

**A**D II. *Laqueus est vouentium temere aut coacte; quod non vult Apostolus. Ita Aug. l. de bono viduit. c. 5. Hieronym. lib. I. contra Iouin. &c.*

**A**D III. Non de necessitate Legi aut Votiloquitur, sed de humana coacte, vel respectu.

### Q V A E S T I O L X I I I .

*An matrimonium sit præceptum præstentibus stimulum carnus?*

**L**UTHERO-CALVINISTÆ affirmant proinde Vouere castitatem esse temerarium & illicitum.

**S**VADENT istis. 1. Quia, i. Cor. 7. *qui non se continent, nubant: melius est enim vivere quam viri.* 2. Ibidem. *Propter fastidionem uniusquisque suam uxorem habet.* Item: i. Tim. 5. *Volo iuniores nubere, non familias esse, filios procreare.*

**C**ALVINVS eadem: In i. Coriabz. distinguit tentationes carnis videntes: 1. Vincentes animum; sunt pessimæ. 2. Vtæ, vt nullam patiant intus perturbationem haec non sunt videntes. 3. M. dia. que continent non plenè consensum, titillant tamen sensum, turbantque animum. Hæ proprie sunt videntes, quæ citant nos ad matrimonium sic, vt peccent non nubendo. Ita LUTHERVS in Epithalamio, S. Hieronymi arguit hæresios Pelagianarum, quod gratia vultus, vt Epistola 22. fatetur, non impedit quasi sensisse, suis viribus, sine Dei dono vincere auctus posse. *Fundamentum Lutheri, Martyris, Calvini est, quia Omnis mortuus Concupiscentia prohibitus est, eleget peccatum. Quo de alibi.*

**A**UTOR. Tria hic asserimus. I. Nulla Scriptura mandat Matrimonium.